

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Festum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

*Famulus, vide Conductor, Dominus.
Seruus.*

Festum, vide Ieiunium Missa.

1. **F**estum potest Princeps, & Ciuitas indi-
cere, sed sine obligatione Missam au-
diendi.

*Vide Nau.c.13. Tol.l.4.c. 24. Lopez p. 1. c. 52.
Sylu. vers. Dominica.

Vide Abb. in c. *Quoniam, de Ferijs. n. 2.*
2 Festum ab Episcopo indictum non obli-
gat, si Populus ex causa rationabili non acce-
ptat. *Vide Armil. vers. Festum. num. 5, cum Pan.*
Quod si receptum est, debent seruare etiam
Religiosi empti. Non potest autem ipse indi-
cere sine Cleri, aut Capituli consensu. *Vide.*
Conquestus, de Ferijs.

3. Ad festa maiorum voto, aut iuramento
recepta tenetur quidem Populus, sed non sub
obligatione voti, aut iuramenti; est enim hęc
personalis.

*Si centum ab hinc annis processit, *Nau. c. 12. num. 76.*

4. Non potest Episcopus prohibere alioqui
in festo licita, causa necessitatis, aut pietatis;
quod si sub excommunicatione prohibeat,
nulla est excommunicatio, secundum *Nau. c. 13. nu. 15.*

*Lopez l.c. col. 5.
5 In festo licet doceret, piscari moderatè aut
certum

certum genus piscium quod certis tantum diebus aduenit, venari, etiam lucri causa, & secundum quosdam, libros ob lucrum describere, vel pingere aliquid: sed alij negant forte probabilius. Licet quidem exemplum aliquod delineare, quod vulgo dicitur *ratrar*, (vt sit passim, etiam Romæ) & acupingere linteum, quod vulgo *ricamar*, discendi causa; & præliari, & vendere illo die necessaria, & iter agere, etiam comitantibus mulis onustis supellestili, concedente id consuetudine; & Aduocatum vel Procuratorem suum officium facere apud partem, vel Iudicem, modo ne procedatur ad actum iudiciale, nisi causa pietatis, aut necessitatis; & mulionem iter cęptum continuare. Molendina, & nundinas excusat consuetudo, pistores, necessitas: quæ commodè præueniri, aut differri nō possunt.

Syl. V. Dominica n. 6.

*Vide Lopez, Nau. Tol. l.c. *Syl. l. q. 5.* dicit esse mor. pec. si venatio fiat ob lucrum contra Nau. l.c. nū. 11. vel si missa non audiatur, quod etiam placet Nau. l.c.

Negant 3 Nau. l. num. 14. {Ritrar 3 *Syl. l. c.*
{Onustis 3 Nau. l. nu. 6. {Aduocatum 3 Nau. l.c.
nu. 12. {Pietatis 3 Nau. num. 13. {Molendina 3 si
non requirunt magnam occupationem Nau.
l.c. num. 9. {Nundinas 3 Nau. num. 8. dum missa
audiatur.

6 Excusat à festi obseruatione metus iustus,

L 4 ne-

necessitas, pietas, utilitas publica, vitatio dani corporis, vel animæ, (itaque excusantur puellæ laborantes ad vitandum otium) dispensatio Episcopi, vel Parochi, ubi is solet dispensare.

*Vide Nau. & Sylu. l. c. {Puellæ} Syl. l. c. vers. 4.

7 Excusat vxorem viri, & filium patris, & seruum, vel famulum domini coactio.

* Nau. l. i. nu. 7. sed si cogerentur in Festorum, Ecclesiæque contemptum, moriendum potius effet. Nau. Lopez l. c.

8 Audita Missa, potest quis ad locum, ubi non est festum, ire causa laborandi, ex loco vero bi festum est.

*Nau. l. c. num. 5. inf.

9 Circa festi principium, & finem seruanda recepta consuetudo: ubi autem à vespere incipit, excusantur barbitonsores in vigilia laborantes, concessione Eugenij I V. secundum Nauar.

Feudum, vide Pignus.

1. **F** Eudo amissio non per mortem, amittitur fructus pendentes, si vero per mortem, post Kalendas quidem Maij usque ad finem Augusti fructus pertinent ad hæredes, et anteriores ad Dominum.

2. Non potest quis priuari feudo à Principe sine causa.

3. Fe

clesiali

4. No

ascend

*Vid

seruiti

na suc

5. Vass

*Syl

Mou

l. De qu

N

brantu

eusari

tione T

curo do

adduc

Quid e

stuanor

qui de

tionis,

uersè s

tim co

gentia

*Exp